

Inga Vilogorac
 Farlati, *Illyricum sacrum*

Jedno je poglavlje trećega sveska Farlatijeva *Svetog Ilirika* posvećeno liku i djelu trideset trećega splitskog nadbiskupa Lovre, koji je bio na čelu splitske crkve od 1059/60. do 1099. godine¹. Za njegove se službe dogodila značajna epizoda iz dalmatinske crkvene povijesti, o kojoj Farlati iscrpno piše² prema Tomi Arhidakonu³: godine 1060. papa Nikola II. na rimskom je saboru odobrio ukaz izaslanika Majnarda i splitskoga narodnog sabora, kojim su u dalmatinskim crkvama zabranjeni hrvatski jezik i bogoslužje. To je bio povod stranome prezbiteru Vulfu da svojim spletkama izazove crkveni raskol u Dalmaciji. Obmanuo je Hrvate lažno tvrdeći da im je papa Aleksandar II. dopustio ponovnu upotrebu hrvatskoga jezika i bogoslužja. Imenovali su biskupom Cededu koji je na Vulfov poticaj preoteo krčku biskupiju. Nadbiskup Lovro i dalmatinski biskupi obavijestili su papu o tome, nakon čega je apostolski izaslanik, kardinal Ivan, stigao u Dalmaciju, razotkrio Hrvatima prijevaru te kaznio vođe raskola.

Toma Arhidakon i Danijel Farlati Cededu su predstavili kao neukog i priprostog starca, koji nije poznao latinski jezik. Povjesničari, pak, vjeruju da je biskup Cede da bio kandidat protupape Honorija II., poslan zajedno s Vulfom da potakne raskol u dalmatinskim crkvama.⁴

¹ Danijel Farlati, *Sveti Ilirik*, sv. III, Venecija 1765. (Daniel Farlatus, *Illyricum sacrum*, t. III, Venetiis 1765), str. 131-146.

² *Ibidem*, I, 2 (str. 136-138).

³ *Hist. Salonit.*, XVI, 8-13.

⁴ Nada Klaić (Povijest Hrvata u ranom srednjem vijeku, Zagreb: Školska knjiga 1975., 89), Neven Budak (Prva stoljeća Hrvatske, Zagreb: Hrvatska sveučilišna naklada, 1994., 42) i Ivo Goldstein (Hrvatski rani srednji vijek, Zagreb: Novi Liber – Zavod za hrvatsku povijest Filozofskog fakulteta u Zagrebu, 1995., 515).

Laurentius archiepiscopus Spalatensis XXXIII.

Caput primum

Res Spalatenses Ecclesiasticae ab anno 1060. ad 1070.

§. II.

De Schismate Chrobatorum.

Incredibile dictu est, quantum et quam acerbum dolorem Chrobatis incusserit interdictio linguae et liturgiae Slavonicae, altiusque eorum animis haerebat acerbissima recordatio anathematis ritibus patriis Apostolica et Synodica auctoritate inflictis, quam ut ulla temporis diuturnitate deleri posse videretur. Forte per ea tempora venerat in partes Chrobatiae Presbyter quidam alienigena Ulfus nomine, prorsus indignus eo gradu atque ordine. Homo calidus et veterator simulabat se illorum vicem ex animo dolere; addebatque decretum Maynardi Legati Apostolici et Synodi Spalatensis minime probari summo Ecclesiae Hierarchae Alexandro II., a quo se missum in Chrobatiam esse falso aiebat, ut eximiam erga Slavorum nationem propensamque Pontificis voluntatem iisdem significaret; nullam moram in eo futuram, quin decretum Maynardinum rescinderet, modo Chrobati de publico totius gentis consilio id postularent. Legatos itaque Romam mittant, qui communes querimonias et postulationes ad Sedem Apostolicam deferant: eas sine dubio benigne exceptum, et exauditum iri.

Ulfus Presbyter pro restitutione Liturgiae Slavonicae Romam missus nihil impetrat.

Hac spe hisque promissis illecti Chrobati Concilium cogunt, et una omnes voce ipsimet Ulfo legationem Romanam decernunt, rati neminem huic negotio bene gerendo aptiorem, quam qui ab ipso Pontifice missus fuerat, ut Chrobatos ingenti moerore afflictos erigeret, spemque liturgiae Slavonicae in pristinum locum restituendae eisdem afferet. Neque ille, quod optabat, invitus suscepit; sed sua illum malitia fefellit. Alexander siquidem, licet fraudis, quae huic legationi suberat, ignarus, negavit moris esse Sedis Apostolicae, ut Legatorum suorum decreta, praesertim recepta et firmata Synodi nationalis auctoritate, abrogaret, nisi si quae gravissimae causae intervenissent. Ulfum igitur ad suos redire iussit cum litteris ad Laurentium Metropolitanam, et Cresimirum Regem, quarum caput erat: duos Episcopos eius controversiae, de qua agebatur, bene gnaros ac peritos ad se legarent, per quos de tota re diligenter edoctus, quod aequum esset, Christianaeque religioni ac disciplinae consentaneum, statuere posset. *Summus Pontifex, ait Archidiaconus, ei respondit, quod non erat, ut contra statuta Legatorum Apostolicae Sedis aliquid facili consilio ageretur; tu autem receptis nostris apicibus ad Archiepiscopum, et Regem, et ad caeteros Praelatos illius provinciae perfer, ut duo Episcopi pro his negotiis ad nos accedant.*¹

¹ Th. Arch. Hist. Salonit., XVI, 9.

Lovro, 33. splitski nadbiskup

1. Glava

Splitske crkvene prilike od 1060-1070. godine

§ 2.

O hrvatskome raskolu

Zabrana slavenskoga jezika i bogoslužja zadala je Hrvatima nevjerojatno tešku bol. Vrlo gorko sjećanje na prokletstvo koje su apostolska i sinodska odluka bacile na očinske obrede u njihovim se dušama držalo preduboko, da nema tako dugog vremena koje bi ga moglo uništiti. Slučajno je u ono vrijeme u Hrvatsku došao neki strani prezbiter imenom Vulfo, posve nedostojan onog staleža i reda. Lukav i prepreden čovjek, hinio je da u duši žali poput njih. Dometao je da Aleksandar II., najviši u crkvenoj hijerarhiji, nipošto ne odobrava ukaz apostolskog izaslanika Majnarda i splitskoga sabora. Lažno je tvrdio da ga je papa poslao u Hrvatsku da Slavenima obznani izuzetnu i naklonu volju prema njihovom narodu, da uopće neće oklijevati da poništi Majnardov ukaz, samo neka Hrvati to zatraže zajedničkom odlukom čitava naroda. Stoga neka u Rim upute izaslanike koji će Apostolskoj stolici predati zajedničke pritužbe i zahtjeve: bez dvojbe, dobrostivo će biti primljene i saslušane.

Svećenik Vulfo poslan je u Rim radi obnove slavenskog bogoslužja i ne postiže ništa.

Zavedeni tom nadom i obećanjima Hrvati sazovu sabor i jednoglasno odrede samoga Vulfa da ide u Rim, smatrajući da u tom poslu nitko nije sposobniji od njega, jer ga je poslao sam papa da oporavi Hrvate shrvane golemom tugom i da im donese nadu da će se slavensko bogoslužje vratiti na svoj nekadašnji položaj. Rado se primio onoga što je želio, ali vlastita ga je zloba prevarila. Aleksandar nije znao kakva varka leži iza tog poslanstva, ali je ipak rekao da nije običaj Apostolske stolice poništavati ukaze svojih izaslanika, ako ih je primila i potvrdila vlast narodnoga sabora, osim ako nisu nastupili neki nadasve ozbiljni uzroci. Stoga je zapovijedio da se Vulfo vrati svojim, s pismima metropolitu Lovri i kralju Krešimiru, čija je bit bila neka mu pošalju dva biskupa, vrlo iskusna i upućena u spor o kojem se radilo pa kad od njih temeljito upoznaju čitav predmet, moći će odrediti što je pravedno i u skladu s kršćanskom vjerom i stegom. Arhiđakon kaže: Papa mu je odgovorio da nije pravedno da se bilo što naprečac radi protiv odluka izaslanika Apostolske stolice; kad primiš naše pismo, prenesi nadbiskupu, kralju i ostalim prelatima da nam dođu dva biskupa zbog ovih poslova.¹

¹ Th. Arch. Hist. Salonit., XVI, 9.

Ulfus spe sua ac versutia frustratus ad dolos ac fraudes commoliendas ingenium vertit. Neque iis, ad quos scriptae fuerunt, litteras Pontificias reddidit, et Chrobatis alia, atque Pontifex dederat, prorsusque contraria responsa retulit: impetratum esse quidquid petierant; suas illis Ecclesias, quae oclusae fuerant, referari iussas esse; Slavonicae liturgiae usum permitti; potestatem illis fieri e sua gente, quem vellent, Episcopi eligendi, mittendique in urbem, ut ab ipso Pontifice Maximo consecrationem et episcopalia insignia susciperet.

Iterum cum Cededa, et Protepa Romam missus...

His nunciis mirifice laeti senem quemdam, cui nomen erat Cededa, hominem bardum et stupidum cunctis suffragiis Episcopum declarant; eumque una cum Ulfo totius fallacie architecto Romam ad Pontificem adire iubent; et utrique Abbatem nescio quem Protepam nomine adiungunt. Hi cum in urbem venissent, Ulfus facili ad Pontificem aditu admissus nihilo felicius, quam antea, rem gessit. Alexander quippe mira in his legatis tum Latinae linguae, tum rerum omnium inscitia deprehensa, Ulfum gravissimis verbis reprehendit, qui pro duobus Episcopis doctrina, reique, de qua agebatur, intelligentia praeditis, homines rudes ignarosque adduxerat.

Ösua spe ac fallacia frustratur.

Ilo tergiversante, ac talium virorum inopiam caussante, Pontifex hoc responsum dedit: easdem sibi, ac decessoribus suis, caussas esse, cur postulatis Chrobatorum obsequi nequeat; ex multis saepius audivisse litteras illas, quibus Liturgia Slavonica continetur, ab Arianis hominibus inventas, et haeretica pravitate infectas esse. Itaque ad suos redirent, illisque denunciarent, ut quae paucis ante annis Maynardus Cardinalis Episcopus Silvae Candidae, sive Sanctae Ruffinae cum Ioanne Metropolitano, caeterisque Episcopis Dalmatiae decreverat, et Nicolaus Pontifex Maximus in Synodo Romana confirmaverat, ea diligenter religioseque interea servarent, dum Legatus Pontificius ab se mitteretur in Dalmatiam, qui studiosus in eos ritus ac litteras inquireret. Hoc responsum scriptis postea consignatum ad Episcopos et Regem Dalmatiarum, Ioanni Cardinali Legato suo perferendum dedit. Pontificii responsi seu Rescripti fragmentum extat in collectione Canonum apud Ioannem Carnotensem capite 139. Sub hoc titulo:

*Episcopis et Regi Dalmatiarum
de auctoritate Mainardi Episcopi,
et Ioannis Archiepiscopi.*

/Rescriptum Alexandri II. ad episcopos et Regem Dalmatiarum./

Notificamus omnia Capitula, quae per confratres nostros, Venerabilem Mainardum scilicet collateralem Episcopum nostrum, et Ioannem Archipraesulem nostrum in Spaleto, aliisque civitatibus, sunt statuta; eadem in Romana Synodo, seriatim ea referente, a beatae memoriae praedecessore nostro Nicolao Apostolica auctoritate roborata, et sub anathematis interpositione roborata.

Kad su mu se izjalovile nada i lukavština, Vulfo je stao promišljati kako će skovati prijekove i varke. Nije predao papinska pisma onima na koje su bila naslovljena, nego je Hrvatima prenio drukčije odgovore, posve protivne onima što ih je papa dao: da je postignuto sve što su tražili, da je zapovijedeno da im se otvore crkve koje su bile zatvorene, da se dopušta slavensko bogoslužje, da mogu od svojega roda odabrati biskupa kojeg žele i poslati ga u Grad da od samog vrhovnog svećenika primi posvetu i biskupska obilježja.

Poslan je drugi puta u Rim s Cededom i Protepom...

Čudesno veseli zbog ovih vijesti, svim glasovima imenuju biskupom nekoga starca čije ime bijaše Cededa, neukog i glupog čovjeka; zapovijede da zajedno s Vulfom, graditeljem čitave obmane, ode u Rim k papi; obojici pridruže nekakvog opata po imenu Protepa. Čim su stigli u Rim, lako pušten papi Vulfo nije sretnije negoli prije obavio posao. Aleksandar je, naime, opazio da ti poslanici do zapanjujuće mjere nemaju pojma niti o latinskom jeziku, niti o čemu drugome, te je vrlo ozbiljnim riječima ukorio Vulfa koji je umjesto dva biskupa obdarena naukom vjere i poznavanjem predmeta, doveo priproste ljude i neznalice.

...i izjalovljuju mu se nada i obmana.

Pošto se izgovarao i navodio razlog da nema takvih ljudi, papa mu je odgovorio ovako: i on i njegovi prethodnici imaju iste razloge zbog kojih se ne može udovoljiti zahtjevima Hrvata; od mnogih je često čuo da su one knjige, u kojima je sadržano slavensko bogoslužje, a iznašli su ih Arijanci, zaražene krivovjernom izopačenošću. Stoga neka se vrate svojim i objave im da se ipak marljivo i pobožno drže onoga što je prije nekoliko godina odredio kardinal Majnard, biskup Biješe šume ili Sv. Rufine, zajedno s metropolitom Ivanom i ostalim dalmatinskim biskupima, a papa Nikola potvrdio na rimskom saboru, sve dok on u Dalmaciju ne uputi papinskog izaslanika da marljivo istraži njihove obrede i knjige.

Taj je odgovor, kasnije zapisan, dao svom izaslaniku, kardinalu Ivanu, da ga odnese dalmatinskim biskupima i kralju. Fragment papinog odgovora ili reskripta postoji u kanonskoj zbirci kod Ivana iz Chartresa, glava 139, pod ovim naslovom:

*Dalmatinskim biskupima i kralju
o vlasti biskupa Majnarda
i nadbiskupa Ivana*

Reskript Aleksandra II. dalmatinskim biskupima i kralju

Dajemo na znanje sva poglavlja koja su utvrdili naša braća, časni Majnard, dakako, moj pobočni biskup, te Ivan, moj arhiprezul u Splitu i u drugim gradovima, a na rimskom ih je saboru Nikola, moj prethodnik blažene uspomene, redom iznio i osnažio apostolskom vlašću, pod prijetnjom izopćenja.

Synodos omnino duas sub Nicolao II. Romae habitas fuisse invenio: alteram ex Episcopis centum ac tredecim conflata anno 1059. mense Aprili, in qua Berengarius Andegavensis Archidiaconus Divinae Eucharistiae impius oppugnator nefariam haeresim, quam semel atque iterum defenderat ac damnaverat, tertia abiuratione execratus est; alteram autem anno 1060., in qua postulante Eduardo Rege confirmata sunt privilegia Regibus Anglorum concessa. In alterutra Synodo Romana Nicolaus decessor Alexandri ratam habuit atque in perpetuum valere iussit sententiam Maynardi, et Concilii Nationalis Spalatensis, qua templis atque aris linguae et Liturgiae Slavonicae interdictum est, caeteraque eiusdem Legati et Synodi decreta comprobavit.

Nova Ulfi commenta, et mendacia.

Reiecit itaque Alexander et legatos et postulata Chrobatorum. Quid tum Ulfus? Veritus ne ingenti suo periculo ac dedecore paterent ipsius fraudes atque mendacia, ut institutae maleque contextae fabellae exitum quoquo modo expediret, primum persuadet Cededa homini fatuo, latinique sermonis experti, ac proinde quid responsi Pontifex dedisset ignaro, eum ab Alexandro factum esse Episcopum; deinde hunc personatum Episcopum sic tamquam in scenam produxit, et Chrobatis obrusit, qui summa illum gratulatione plausuque exceperunt. Tum ille per summam impudentiam ac temeritatem gerere se, haberique a Chrobatis pro Episcopo coepit, et expulso Veglensi Episcopo Ecclesiam illam sedemque Pontificiam occupavit, ubi omnia Episcopi officia et munera peragere instituit.

Schisma Chrobaticum

*Hinc quaedam execrandi Schismatis fuit suborta contentio in Dalmatiae et Croatiae Regno,*² ut ait Archidiaconus; quippe pars magna Chrobatorum a suis legitimis Episcopis ad Cededa Episcopum intrusum et commentitium defecit. Imperitam vulgi multitudinem Ulfianis figmentis ac mendaciis in hanc schismaticam coitionem adduci potuisse facile intelligo; non item viros cordatos, ac nobiles, qui eiusmodi dolis ac fallaciis tam inscite compositis capi ac decipi non poterant. Neque hos igitur, et multo minus Regem, aut Episcopos, et Primores Chrobatorum aliqua huius plebei Schismatis labe afflatos fuisse existimo. An eiusdem Schismatis contagio in Serbliam pervaserit, incertum est.

§. III.

Ioannes Cardinalis Legatus Apostolicus ad Schisma Chrobaticum extinguendum missus in Dalmatiam.

Cum litteris et nunciis Laurentii Metropolitae, atque Episcoporum Dalmatiae in urbem allatum esset, quanta in perturbatione, quantoque in discrimine res Christiana versaretur in illis partibus ob temeritatem atque audaciam Cededa, qui Ulfo suasore atque impul-

² Th. Arch. Hist. Salonit., XVI, 5.

Doznajem da su ukupno dva rimska sabora održana pod Nikolom II: jedan je organiziran sa stotinu trideset biskupa u mjesecu travnju 1059. Na njemu je arhidakon Berengar iz Anjoua, bezbožni napadač svete euharistije, prokleo opako krivovjerje koje je jednom i drugi put branio, a treći put zakletvom porekao. Drugi je, pak, onaj iz 1060. godine, a na njemu su, na zahtjev kralja Eduarda, potvrđene povlastice koje su bile dodijeljene engleskim kraljevima. Na jednom od dva rimska sabora Aleksandrov pretihodnik Nikola držao je valjanom odluku Majnarda i splitskoga narodnog sabora, kojim su zabranjeni slavenski hramovi, oltari, jezik i bogoslužje, te je naredio da zauvijek vrijedi, a odobrio je i ostale ukaze istog izaslanika i sabora.

Nove Vulfove izmišljotine i laži

Tako je Aleksandar odbio poslanike i zahtjeve Hrvata. Što je zatim Vulfo učinio? Bojeći se da ne bi na golemu njegovu pogibelj i sramotu bile razotkrivene baš njegove varke i laži, da bi bilo kako priveo kraju započetu i loše satkanu pripovijest, prvo uvjeri Cededa, budalastog čovjeka koji nije znao latinski jezik i zbog toga nije znao kakav je odgovor papa dao, da ga je Aleksandar učinio biskupom. Zatim ga je u maski biskupa, tako reći, izveo na scenu i nametnuo Hrvatima koji su ga primili s najvećom zahvalom i pljeskom. Tada se on počeo nadasve besramno i nepromišljeno ponašati, a Hrvati ga držati biskupom, te je otjerao krčkog biskupa i zaposjeo tu crkvu i biskupsko sjedište, gdje je stao obavljati sve biskupske poslove i dužnosti.

Hrvatski raskol

Zbog toga je u Kraljevstvu Dalmacije i Hrvatske nastao neki spor o proklinjanju raskola, kako reče Arhidakon,² zato što se veliki dio Hrvata odijelio od svojih zakonitih biskupa lažnom i nametljivom biskupu Cededi. Lako razumijem da je vulfovskim umišljajima i lažima mogao navesti neuko mnoštvo svjetine na taj raskolni savez, no ne i razborite i plemenite muševce koje nisu mogle obuzeti i prevariti onakve, tako nespretno skovane prijevare i obmane. Smatram, dakle, da ni njih, a još manje kralja, biskupe i hrvatske prvake nije obuzela ljaga pučkoga raskola. Ne zna se je li zaraza istoga raskola prodrla u Srbiju.

§ 3.

Apostolski izaslanik, kardinal Ivan, upućen je u Dalmaciju da ugasi hrvatski raskol.

Kada su metropolit Lovro i dalmatinski biskupi pismima i glasnicima dojavili u Grad u kakvom se neredu i pogibelji nalazi kršćanstvo u onim krajevima zbog Cededa nepromišljenosti i drskosti, budući da je na Vulfov nagovor i poticanje ne samo

² Th. Arch. Hist. Salonit., XVI, 5.

sore, non solum Episcopi nomen ac potestatem sibi arrogabat, sed etiam violenter rapuerat alienam Ecclesiam, eique per sacrilegum adulterium incubabat; sane pro eo ac debuit, moleste et acerbe tulit Pontifex Alexander, et nefariis improborum hominum conationibus, ne ultra progredirentur, statim occurendum atque obstandum esse censuit.

Alexander II. Ioannem Cardinalem in Dalmatiam misit,...

Quocirca Ioannem, e Collegio Cardinalium, eximiae virtutis ac prudentiae virum delegit, qui ornatus nomine, munitusque auctoritate Legati Apostolici, auctores tantorum scelerum ac malorum meritis poenis afficeret, et turbis illis ac dissidiis compositis, Chrobatos omnes ad pristinam erga suos Episcopos fidem atque obedientiam revocaret. Is ergo in Dalmatiam cum venisset, in frequentissimo Cleri populique conventu, postquam Rescriptum Pontificium superiori paragrapho expositum recitari iussisset, Chrobatis patefecit fraudes omnes atque fallacias, quas in eorum perniciem sempiternam commenti fuerant homines iniqui ac malitiosi; falsa esse omnia, quae illis ex urbe tamquam oracula Pontificia allata fuerunt, falsam et confictam permissionem Liturgiae Slavonicae, falsum denique et commentitium Episcopum illum, quem ipsi pro vero ac legitimo acceperunt.

qui Cededam et Protepam anathemate confixit,

Tum vocatos in iudicium Cededam et Protepam asperrimis verbis increpavit, alterum, quod cum characteris et potestatis Episcopalis omnino esset expers, Episcopi tamen et ius usurpare, et muneribus fungi ausus fuisset; alterum, quod tanti flagitii tantaeque temeritatis participem se ac socium praebuisset; utrumque vero, eorumque fautores gravissimo anathemate confixit, atque in perpetuum, nisi resipiscerent, a piorum coetu, et rerum sacrarum communione segregavit.

...et Ulfum omni Clericali honore exsutum perpetuo carceri addixit.

Deinde Ulfum omnium huiusmodi scelerum architectum et machinatorem comprehendit ac Spalatum perduci iussit; eumque in conspectu consessuque omnium Episcoporum, ac Presbyterorum, quos Laurentius Archiepiscopus ad Synodum convocaverat, detractis Sacerdotalibus insignibus atque ornamentis, omni iure et beneficio, functione atque honore Clericali privavit, in ordinem Laicorum redegit, verberibus caesum, et ignominioso stigmatem inustum perpetuo carceri addixit.

Usus Liturgiae Slavonicae denuo interdictus.

In hac Synodo praeterea gravissimae poenae in eos constitutae, ac renovatae sunt, qui linguae Slavonicae usum in Ecclesias revocare, contra quam Maynardus Legatus Apostolicus paucis ante annis vetuerat, atque ad publica divini cultus officia peragenda adhibere audent. De hac Synodo, quae habita est anno circiter 1064. praesidente Legato Alexandri II., quaeque rursus linguam Slavorum a templis et altaribus removit atque ablegavit, mentionem fecit Prosper Cardinalis Lambertinus Archiepiscopus

prisvajao biskupsko ime i moć, nego je također nasilno oteo tuđu crkvu i nalegao na nju svetogrdnim preljubom, papa Aleksandar primio je to doista teško i tužno, kako je i trebao, te je procijenio da se treba odmah suprotstaviti i spriječiti bezbožne pokušaje opakih ljudi da ne bi dalje napredovali.

Aleksandar II. poslao je u Dalmaciju kardinala Ivana,

Stoga je iz kardinalskog zbora izabrao Ivana, muža iznimne kreposti i mudrosti, neka odlikovan naslovom i zaštićen vlašću apostolskog izaslanika zaslužnim kaznama pogodi začetnike tolikih zločina i zala te neka, smirivši one svađe i nesloge, sve Hrvate prizove natrag ranijoj vjernosti i pokornosti njihovim biskupima. Kad je on, dakle, došao u Dalmaciju, nakon što je na vrlo posjećenom skupu klera i naroda bio zapovijedio da se čita papinski reskript izložen u prethodnom paragrafu, razotkrio je Hrvatima sve varke i obmane koje su smislili nepravedni i zli ljudi na njihovu vječnu propast; da je lažno sve što im je iz Grada preneseno kao papine rečenice, da je lažno i izmišljeno dopuštenje slavenskog bogoslužja, te da je lažan, napokon, i izmišljen onaj biskup kojega su oni prihvatili kao zakonitog i pravednog.

...koji je prokletstvom udario Cededu i Protepu,

Cededu i Protepu, pozvane u sud, optužio je tada vrlo ostrim riječima; jednoga jer se, iako posve nevičan biskupskoj vlasti i slovima, usudio prisvajati biskupsko pravo i obavljati biskupske dužnosti; drugoga, pak, jer je postao sudionikom i saveznikom u tolikoj pošasti i nepromišljenosti. Udario je obojicu i njihove pomagače najtežim prokletstvom i zauvijek ih odvojio od pobožnog društva i zajednice svetih obreda ako se ne vrate pameti.

...oduzeo Vulfu svaku kleričku čast i odredio mu doživotni zatvor.

Zatim je zapovijedio da se Vulfo, začetnik i tvorac svih ovakvih zlodjela, uhvati i dovede u Split; njega je na sjednici i pred očima svih biskupa i prezbitera, koje je nadbiskup Lovro pozvao na sabor, skinuvši mu sva svećenička obilježja i odličja, lišio svakoga kleričkog prava, povlastice, funkcije i časti, sveo ga je natrag u red laika te ga, šibajući ga bičevima i žigosanog sramnim znakom, osudio na doživotnu tamnicu.

Ponovno je zabranio slavensko bogoslužje.

Osim toga, na tom su saboru određene i obnovljene vrlo teške kazne protiv onih koji bi se usudili ponovo tražiti upotrebu slavenskog jezika u crkvama, protivno onome što je apostolski izaslanik Majnard prije nekoliko godina zabranio, te ga upotrebljavati za obavljanje javnih dužnosti božanske službe. Taj je sabor, koji je pod predsjedanjem Aleksandrova poslanika održan oko 1064. godine i koji je ponovo udaljio i uklonio slavenski jezik iz svetišta i oltara, spomenuo kardinal Prosper Lambertin, bo-

Bononiensis, postea sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV.; in suis doctissimis, eruditissimis, utilissimisque commentariis de sacrificio Missae Parte IV. Sessione I. numero LXXVII. Quae hoc et superiori paragrapho descripta sunt, cum Archidiaconus nulla temporum nota signaverit, aut circumscriptione definierit, in duos tresve annos distribui possunt; sic omnino, ut anno 1062. strophas suas atque fallacias Ulfus ordiri coeperit, anno autem 1064. Ioannes Legatus Apostolicus Ulfo, caeterisque Schismatis Chrobotici auctoribus poenas suis dignas sceleribus inflixerit.

Cededa impius ac pervicax...

Verum Cededa, quae hominis erat sive pervicacia, sive stupiditas, neque severissima Legati obiurgatione, neque accepto excommunicationis vulnere, non humanae, non divinae iustitiae metu, a temerariis et sacrilegis coeptis absterreri potuit; ac nihilo minus, quam antea, fidenter audacterque ius Episcopale, munusque usurpare pergebat: id quod in contemptum ac dedecus auctoritatis Pontificiae redundabat, et uberiores in dies publicae offensioni ac discordiae materiam praebebat. Qua de re admonitus cum esset Alexander, tum in Romana, tum in Spalatensi caeterisque Dalmatiae Ecclesiis solemni ritu pronuntiari iussit Cededa nominatim sacris omnibus et Christianorum congressu interdictum esse ut, quando desperata iam erat hominis dementissimi salus, caeteri saltem, qui eidem adhaeserant, ab eius consortio se divellerent, ne quam labem ex eiusdem consuetudine contraherent, neve sacramenta persipiendi iure privarentur.

...bis in Synodo Romana, ter in Synodo Provinciali Spalatensi anathemati confixus interiit.

Ac Romae quidem anathema Cededa inflicto, bis promulgandum curavit. In Dalmatia vero ab omnibus obtemperatum est Pontificio mandato; et Laurentius Archiepiscopus Concilium Provinciale convocavit anno 1065., in quo Episcopi et Primores Cleri temerarium atque impium Cededa diris omnibus execrati, una omnes voce semel, iterum, ac tertio in eum anathema dixerunt. Nec irrita anathemata, nec vana execratio cecidit. Haud ita multo post homo vesanus et sacrilegus, cum aetate, et viribus valeret, repentina Dei ultoris ira percussus, turpissimae mortis genere horrendum in modum interiit, aeternas apud inferos Deo Superisque impietatis et contumaciae suae poenas daturus. Ita unius hominis interitu Schisma Chroboticum extinctum est, pax et tranquillitas Ecclesiis Dalmatiae et Chrobotiae restituta.

lonjski nadbiskup, kasnije presveti naš gospodin Benedikt XIV., u svojim vrlo učenim, naobraženim i korisnim komentarima o Misnoj žrtvi u 4. dijelu, 1. sekciji, pod brojem 77. Iako Arhiđakon nikako nije obilježio datumom, niti je trajanjem odredio ono što je opisano u ovom i gornjem paragrafu, to se može rasporediti u dvije ili tri godine; Vulfo je tako 1062. godine počeo zasnivati svoje lukavštine i obmane, a 1064. godine apostolski izaslanik Ivan udario je Vulfa i ostale začetnike hrvatskoga raskola kaznama prikladnim njihovim zločinima.

Bezbožni je i tvrdokorni Cededa,

Cededa se, pak, tvrdokoran ili glup čovjek, nakon lakoumnih i bezbožnih pothvata nije dao zaplašiti niti vrlo ostrim izaslanikovim ukorom, niti primljenom ranom izopćenja, niti strahom od ljudske i božanske pravde. Ništa manje negoli prije samopouzdanje i drzovito nastavlja je preotimati biskupsko pravo i dužnost, što je preraštalostalo u prijezir i potcjenjivanje papinske vlasti te svaki dan pružalo obiljni povod za javnu sablazan i neslogu. Kad je Aleksandar na to bio upozoren, zapovijedio je da se, kako u rimskoj, tako i u splitskoj i u ostalim dalmatinskim crkvama svečanim obredom Cededa poimence prozove i da se isključi iz svih Božjih službi i kršćanske zajednice da bi se, budući da bijaše beznadno spasenje ovog vrlo bezumnog čovjeka, ostali koji su bili uza nj udaljili od zajednice s njime, da ne bi skupili neku ljagu radi družnja s njim te da ne bi bili lišeni prava na sakramente koje treba primiti.

... dvaput udaren prokletstvom na rimskom, a tri puta na splitskom pokrajinskom saboru, umro.

Pobrinuo se da se u Rimu dva puta oglasi prokletstvo bačeno na Cededu. U Dalmaciji su se, pak, svi pokorili papinoj zapovijedi; nadbiskup Lovro sazvaio je pokrajinski sabor 1065. godine, na kojem su biskupi i najodličniji klerici, proklinjući svim kletvama lakoumnog i bezbožnog Cededu, jedanput, drugi put i po treći put jednoglasno nad njim izrekli prokletstvo. Niti je prokletstvo ispalo uzaludno, niti izopćenje isprazno. Nedugo nakon toga lud i svetogrdan čovjek, iako je bio u najboljim godinama i snazi, udaren iznenadnom srdžbom Boga osvetnika poginuo je na strašan način vrlo sramnom smrću. Kažnjen od Boga i višnjih zbog svoje bezbožnosti i tvrdoglavosti, trpjet će vječne kazne u paklu. Tako je smrću jednoga čovjeka ugasilo hrvatsko krivovjerje, a mir i spokoj ponovno su vraćeni u dalmatinske i hrvatske crkve.